

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

CXXVII.

WALTHERUS DOM. DE GEROLDSECK CUM UXORE  
SUA HEILICA CURIAM IN HARDEREN ABBATIÆ  
TENNEBACENSI TRADUNT.


A N N O M C C L I I.

*Ex Archivo Tennibacensi.*

**A**nno Domini incarnationis M. C. C. quinquagesimo secundo in Die Epiphanie. Ego Waltherus Dominus de Geroltzecke & uxor mea Heilika nomine sani & incolumes testamehtum facere cupientes contulimus Conventui in Tennibach Cisterc, Ordinis Curiam nostram in Harderen, cuius proprietas ad nos hucusque cum dimidietate Decime pertinet pro remedio animarum nostrarum & parentum nostrorum resig- nantes eandem Curiam cum omnibus juribus suis in manus Abbatis, Prioris & Cellarii Cenobii ejusdem, præsentibus & Consentientibus Walthero præposito Argentin. Hermanno & Heinrico natis nostris, hoc tamen adjuncto, quod iidem Abbas & Conventus quam diu nos duo vi- xerimus nobis vel alteri nostrorum de eadem Curia solvent CXL. mo- dios tritici filiginis & ordei annuatim & præsentabunt nobis prædictam annonam ad duo milliaria duetu suo quocunque voluerit alter nostro- rum & post mortem utriusque eam libere possidebunt, ut ex tunc bis in anno anniversarios nostros peragant eo modo omnes qui fuerint ibidem presbyteri pro me & parentibus ac heredibus meis Die anniversarii mei celebrabunt missas pro defunctis. & ita similiter in anniversario facient

E e 3

meæ conjugis supradicte , nec non participationem omnium orationum & bonorum operum, que ibidem fiunt in perpetuum nobis vivis conferent & defunctis. ut autem majori cum devotione nostri Dies anniversales celebrentur, adjcimus hoc rogando, quod tunc ex eodem testamento præbentæ eorum in vino meliori, pane albo , piscibus , vel caseis secundum, quod tempori congruerit, meliorentur. Ne quis - - - - - Acta sunt hæc in Castro Malbore - - - presentibus - - - - & aliis quam pluribus.



## CXXVIII.

RUDOLFUS DE USENBERG CENSUM IN ENDINGEN  
GEN ABBATIÆ TENNEBACENSI ADSCRIBIT.

A N N O M C C L I V.

*Ex Archivo Tennebacensi.*

**R**es gestæ ne labantur - - - - noverint ergo - - - - - quod ego Rudolfus de Usenberg pro remedio anime mee contuli Sancte Marie in Tennibach Censum II. Saumarum in *Endingen* eidem Claustro annuatim persolvendum , hi sunt qui eundem Censum persolvunt Cuonradus dictus Schmurti II. amas , Heinricus juxta fontem III. urnas, Gunheins filius Cuononis juxta fontem III. urnas. Datum apud *Endingen* anno Domini M. CC. LIIIJ. in Conversione S. Paulj.

